 ad eadem omnia inscribit et obligat Illum terminum primum peremptorium

et alios omnes consequenter causae eiusdem terminos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori minorennitate Successorum legatione intra vel extra Regnum Servitio militari ad munimenta ad Electorem vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo Ad quietationem vero proximos terminos Officii praefati Castrensis Capitanealis Premisliensis dilationem sibi non recipiendo Nullasque motiones appellationes et earum prosecutiones faciendo Ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis evasionibus suspensionibus fatalibus iuris praescriptione, Terrestri bello Conventionem et aliis quibusvis iuris remediis et facti defensis non evadendo nec modo quovis subterfugiendo Hac dicta praesenti recognitione ad praemissa omnia mediante.

Osçkowski Consorti suae Roborat.

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Generosus Stanislaus Osçkowski sanus mente et corpore existens a Iuris districtionibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo Praesenti vero Iurisdictioni Castrensi Capitaneali Premisliensi quo ad actum hunc attinet se cum successoribus ac bonis suis quibusvis omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo palam libere publice ac per expressum recognovit Quia ipse se ac suos successores in et super bonis suis quibusvis omnibus inscribit et obligat Scriptum certum manuale per se recognoscentem in rem et manus Generosae Hedvigis Flavinska Consortis suae legitimae et ipsius posteris de actu et data illius hic Premisliae die decima quinta Martii anno praesenti confectum datum manu sui recognoscentis subscriptum In omnibus et singulis eiusdem scripti conditionibus punctis clausulis articulis vadio ligamentis ac nexibus quibusvis universis firmiter tenere complere exequi et inviolabiliter observare omnibusque et singulis illius contentis tam in toto quam in quavis minima parte satisfacere scriptum praedictum ad inscriptionem praesentem Roborationem et inscriptionem praesentem Roborationem ad praedictum scriptum vicissim in toto referendo Idque sub vadio Mille Ducentorum florenorum polonicalium per praedictum recognoscentem Generosum Osçkowski sive ipsius successores

suprascripti

Suprascripto Generosae Hedvigi Sarnicka Consorti suae vel ipsius Successoribus ob non completionem contentorum Scripti praefati tam in toto quam in sparsis minima parte toties quoties opus fuerit ad Solvendum Succumbendo Pro quo quidem vadio modo praemisso ad Solvendum Succumbito ac poenae aliqua praecipuli ex Contentis Scripti praefati non completa complendisque praemissis Citatus existens memoratus recognoscens Generosus Stanislaus Oszkowski aut illius Successores Ad instantiam Suprascriptae Hedvigis Sarnicka Consortis suae aut ipsius posterorum ad officium praesens Castrense Capitaneale Praemisliense Extunc necesse Suprascripto quo ad respondendum Spectat mediante Semper in primo Citationis termino tanquam peremptorio Stare comparere respondere vadiumque praefatum luere inscriptioni praesenti Satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur Seque ac Suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat Illum terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes Causae eiusdem terminos Semper peremptorios vera infirmitate & maiori minorennitate Successorum legatione intra vel extra Regnum Servitio militari ad munimenta ad Executionem vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem ultra proximos terminos Officii praefati Castrensis Praemisliensis dilationem sibi non recipiendo Nullasque motiones appellationes et earum prosecutiones faciendo Ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis evasionibus suspensionibus fatalibus Juris praescriptione Terrestri bello Conventionesque et aliis quibusvis Juris remediis et facti defensis non evadendo nec modo quovis Subterfugiendo Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa mediante.

Ex oppos.

Korycinski Taranowskiemu Donat et Statuet.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemisliensibus Generosus Alexander de Pilisa Korycinski Vexillifer Terrae Cracoviensis sanus mente et corpore existens a Terris districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis